



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 32. Juramenti formula Regis Franciæ jussu a Calvinistis signanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.
A. C. 1565.

miserat, nonnisi tardius advenissent, ob quarum tamen cunctationem tot fortissimi Equites vitæ jacturam fecerant, imo ipsa Insula excidio proxima fuerat, quam tamen Valetta supremus Ordinis Magister natione Gallus sua magnanimitate, ac prudentia conservabat. Fertur, quod circa hujus obsidionis finem quidam Franciscanus Dei oraculo fuerit admonitus, Melitam minime expugnatum, Turcas vero devictum iri. Hujus promissionis vaticinium Monachus ceteris manifestabat, illudque minime confictum testatus est, unde aucta pariter omnium fiducia non parum obsessi animo firmabantur. Postea, cum Melitensis Urbis mænia soluta obsidione ferme penitus essent dejecta, nova urbs condebatur, quæ a supremi Ordinis Magistri nomine Valetta nominabatur, ita decernente Equitum Senatu.

§. XXXII.

Juramenti formula Regis Franciæ jussu a Calvinistis signanda.

Equidem Franciæ Rex Bajonnæ majori fruebatur tranquillitate, non nihil tamen illum turbabant Calvinistarum Nobilium molimina, quapropter priusquam ex hac urbe discedebat, juramenti formulam proponi curabat, quam a pluribus Optimatibus, & Cal-

Daniel hist. de France t. 6. p. 369.
La Popel l. 20. M. S. de Franc. tom. 4.
Duplex hist. de France vi-t. 13. p. 709.

Hist. Eccles. Tom. XLVII,

E e

vi-t. 13. p. 709.

Sæcul. XVI. vinianæ sectæ urbibus, ut in suo officio
A.C. 1565. continerentur, signari postulabat, hoc autem jusjurandum istis conceptum erat verbis: „Profitemur coram Deo, atque in ejus nomine juramus, quod „Carolus IX. Regem tanquam nostrum „Principem, legitimum, & solum Dominum agnoscamus, eique honorem, „submissionem, & obedientiam præstare parati simus, ac nunquam nisi ex „speciali ejus mandato, si illud nobis „per Regias literas legitima auctoritate „munitas ostensum fuerit, arma sumpturi, nec unquam in id consensuri, „neque consilio, pecunia, annonâ, aut „quovis alio modo opem lataturi simus „illis, qui contra Regem, & adversus „ejus voluntatem bellum adornare tentabunt: insuper nunquam etiam exactionem, seu pecuniarum collectionem ex quacunque causâ, & occasione faciemus, nisi ex singulari Regis concessione: nec pariter secretis „foederibus, consiliis, factionibus nomen dabimus, minus vero ullo pacto „Regis auctoritatem labefactare aggrediemur, sed ex adverso sub juramento „spondemus, quod Regem, vel ejus „Ministros de omnibus, quæ contra „Regiam Majestatem, Regnique quietem, aut alterius cujuscunque Regi ad dicti tranquillitatem attentata sciverimus,

Sæcul. XVI.
A. C. 1565.

„mus, manifestare velimus: humiliter
„autem Regi supplicamus, ut innata
„sua clementia in nos agere, nosque
„tanquam devotissimos, ac fidelissimos
„suos subditos protegere velit, cum
„post Deum unice in ejus præsidio spem
„collocemus: præterea jugiter Deum
„pro ejus incolumitate, Regnique pro-
„speritate Deum exoramus, ut Regis
„nostri, necnon Reginae Matris suæ,
„ac Regionum Fratrum vitam prolon-
„gare dignetur. Ad hæc severissimis
„etiam poenis nos subjicimus, si nostra
„ex parte quidam tumultus, offensio,
„vel incommodum in Urbe ex-
„citarentur, cum pro ejusdem Urbis
„defensione sub auctoritate, & impe-
„rio Regis, ejusque Ministrorum san-
„guinem, & bona nostra prodigere pa-
„rati sumus, si sua Majestas nos in
„quiete, ac securitate sub suo præsi-
„dio in eadem civitate semoto omni
„partium studio conservare, ac tueri
„voluerit. Promittimus denique, quod
„omnes veri, ac fidelis civis partes ex-
„plere, atque erga Catholicos since-
„rum, fraternumque affectum fovere
„velimus, expectantes interea, donec
„Deo placuerit, cunctis hisce perturba-
„tionibus finem imponere. (*)

E e 2 §. XXXIII.

(*) Peregrinum in Historia Ecclesiastica
illum